

putarem? quod ipse est. ideo principatum quendam  
in creatura nobis hac adoptione concessio ostendit.  
Scitis fratres mei dilectissimi. Notissimum inquit  
uobis. quia uobis ipsis habuistis ad uitia labi.  
Ad domino autem uos inlustrari. non uero per uisionem. sed  
supra uos perueniente et tunc gratia. Sit autem  
omnis homo. usque tardus ad uiam. Hinc  
auditorum moralibus instruit preceptis.  
Et recte primo admonet aurem que perit  
accommodare docenti. sero autem ad docendum  
aperire. Quia stultum est quemlibet quod ipse non  
didicerat. alius uelle predicare. Hinc salomon  
de distantia temporum scribens ait. Tempus  
tacendi et tempus loquendi. Hinc pythagorici  
naturalis scientie magisterio periti. audi-  
tores suos per quinque annos iubent silere.